

PARSIMONIAM PRUDENTER PROMOVERE. LUXUM AMOVERE, moderari.

IN VICTU.

Lycurgus ut omnem tolleret luxum, publica convivia instituit, ut divites promiscue, & inopes uni adhererentur convivio, unisque vescerentur epulis. At ne lautorum quicquam cenatus in publicum veniret, si quis minus cupide, & hilariter vesceretur, ut parum frugis a proximis accumbentibus oburgabatur. Quo plane instituto omnibus vetus est medio luxuria sublata est. Is convivandi ritus videtur mihi a Cretenfisibus sumptus, qui ejusmodi convivia a viris Phratridis dixerunt, Lacones ipsi Phalias, haud dubio publica amicicia, & humanitatis argumento, vel quod quasi Phiditia dicerent, quod ita convivando Pheidoni, id est, parsimoniae affluerent. Qui sacrificii, aut venationis causa convivio non occurrissent, iis domi cenare permittebatur, caetera multitudine aderat. Proditum memoriae est, Agim Regem, Atheniensibus victis, in urbem reversus, cum domi apud uxorem cenaret, mississe, qui portionem suam ex publico peterent, nihilque fuisse ab eo impetratum, Ephorisdari prohibentibus. Qua ille contumelia instinctus, quia nihil ex hostiarum carnibus, ut moris fuit, in publicum mississet, ab eodem magistratu publice multatus est. Frequentabant pueri id convivium velut temperantia, omnisque civilis disciplinae Gymnasium. Assuecere ibi urbanis sermonibus, jocularique comiter discabant, ac sine fucillitate cavillari. Sab. lib. 1. Em. 2.

IN VESTITU, SUPELLECTILE, Comitatu.

Cum apud caeteras gentes mulieribus delicta cunctis argentea multa redimendi jus fiat, Zalucus Locrentis argutissima quadam poenae pensione, earum compressit intemperantiam. Quibus sic praescripsit: Mulierem, inquit, liberam una non plus pedissequa comitari debere, nisi cum temulentia fuisset: nec urbem noctu egredi, nisi cum moechos adire pararet: neque aureis circumponi ornamentis, neque contextis indumentis, atque laboratis venustari, nisi cum scortari, atque amatorem sibi moliri studuerit: neque viros annulis aureis splendescere, neque Isomileia veste contegi, nisi cum C. fenocinari, aut adulteria committere niterentur. Atque ita felicissimo poenae genere, vituperio scilicet prostri, perniciem deliciarum omnem, atque intemperantiae labem coarctavit, exculpitque licentiae procaecitatem, maxima impudentia irritamenta. Diad. lib. 12. Haec Syracusanis quoque tribuit. Cel. lib. 7. cap. 10. Antig. Lib.

M. Cato Censor plurimos potissimum offendit praefico luxu, quem aperte extorquere laboranti, & infectae multitudini non poterat. At per ambages id agens praecipit, ut vestes, vehicula, ornamenta muliebria, utensilia, quorum singula plura quam quindecim millium aenis essent, aestimarentur: voluitque ut a majori censu majus tributum penderent, et noscitur in millia aenis asses assignavit, ut inferrent: quod iis adjectionibus minus tribui ferre, luxum deponeret. Igitur intenses habuit, qui id tributi tolerabant ob luxuriam: intensos alia ex parte, qui luxuriam ob tributum deponabant. Pro divitiarum enim ereptione habet vulgus earum prohibitionem ostentationis: ostentari autem superfluis, non necessariis. Plut. in Catone.

Ludovicus XI. Francorum Rex, cum luxurie peregrinarum vestium, feriarum putat, pelliumque pretiosarum, regni opes exhauriri videret: suo exemplo subditos ad frugalitatem vestitus traduxit.

Huldricus Dux Vvirtembergensis, patris moris constans censor, atque vindex, cum sub Carolo V. Hispani in Germaniam frequenter commearet, atque ut novitatis stultus admirator esset populis, vestitum illorum plerique aulici imitarentur: suis ille domesticis curtas tunicas severè interdixit, & cum quidam pallium subducentium solito fieri curasset, re prius a sartore explorata centonem versicoloreum assui iussit, & vestis defectum hac ratione farciri, ea lege, ut nisi hac veste sibi semper appareret, Principis indignationem incurreret. Illud saepe repetens, Peregrinae vestes peregrinos mores, peregrini mores peregrinos hospites Germaniam inducent. Neque falsus fuit vates. Christophorus, qui patri in principatu successit, cum caligarum laxarum tam turpis quam inutilis, & insanus usus passim inter Germanos milites invalerebat, carnificem eodem habitu personatum incedere voluit, omnibusque spectandum proposuit:

uti ne quis eod vestitus genere ineptiret, in quo carnificem haberet amulum. Jeremie Mederi. bypomma.

IN AEDIFICIIS.

Lycurgus quarentibus, Cur fastigium secuti factum imponi adificiis sanciverit: fores terra sola, nec instrumendo ullo alio? Quo moderati, inquit, sint cives in omnibus, quae in ades insistant, neque quidquam eorum, quae apud alios in indignatione sunt, habeant. Proinde Leontychidas Rex, cum cenaret apud quendam, cerneretque rectum domus, sumptuose apparatum factum, ac lacunaribus ornatum, rogavit hospitem, Num ligna apud eos quadrata nascerentur? adeo luxum esse putabat, naturam artificum corrumpere. Plut. in Lacon.

LIBERALITATEM PRUDENTER EXERCERE.

Macarius civis Alexandrinus, qui postea inter Sanctos relatus est, magnis opibus a patre relictis, libidinem secutus, brevi temporis spatio ad inopiam redactus est. Hoc cum Apollinarius Patriarcha Alexandrinus rescivisset, novissetque Macarium non facile aliquid cleemosynae nomine ab Ecclesia praerudere accepturum esse: novum inventum, ut cum juvaret, excogitavit. Finxit in antiquis Alexandrinae Ecclesiae scripturis veteri instrumentum esse juvenum, quo offendebar, superioribus temporibus Alexandrinam Ecclesiam contra nexu quinquaginta auri libras annuas patri debuisset. Ergo Macarium ad se accersivit, oravitque, ut unius anni pensionem contentus pro reliqua summa Ecclesiam liberare vellet. Latus Macarius conditionem accepit. Prudenter igitur Patriarcha & Macarii pudorem, & suam largitionem textit. Fulg. lib. 4. cap. 8.

Hiero afflicti Romanorum rebus Thrasymena clade, xxx. milia modiorum tritici, cc. hordei, auri ccxli. pondus muneri misit. Et ne pro sua modestia ea recusarent, in habitum Victoriae efformavit, ut religione moti, omnis causa ea recipere cogenterent. Val. lib. 4. cap. 8.

Carolus Magnus, mendicis palantibus vetuit quidquam tribui, suos quoque regionem inopes adire: fanos, validosque labore victum quaerere, ac desiderio sufficere manus iussit. Idcirco opes Ecclesiasticas in locupletioribus templis in tres dividit partes, duas egenis, tertiam sacerdotibus attribuit. In adibus angustiioribus donata, aqua lance inter egenos, & Sacerdotes partitus est. Avent. lib. 4. Amalium Bojar.

AVARITIAE PRUDENTER OBSTARE.

DIVITIARUM CONTEMPTUM INDUCERE. SORDES evitare.

Lycurgus cum inductis novis tabulis debitores acrii alieni liberaisset, jam & ea, quae quodque privatim in adibus habebat, ex aequo partiti tentavit, quo funditus e civitate tolleretur discrimen opum, & inaequalitatem. Sed cum cerneret eos aegre laturos manifestam rerum ablationem, idem occultiore via facere aggressus est. Monetae auream fidem, & argentum a ferro igni corruptum uterentur: & quatenus postulabat usus ad huius mutationem, totius substantiam modum praescripsit. Hac ratione non solvit eos oeconomia: verum praefico luxu, putrida sanie, & tumore divitiarum, ut rerum copia necessarium, & utillum omnibus suppeditaret, supra omnes alios legislatores providit: inopem, nudum, pauperem civem in Reip. communione, praeridite, & circumfluente opibus formidans. Plutarch. in Catone & Aristide, & in Laconicis.

Solon, lege in filios prodigos lata, saeneratorum avaritiam coarctavit: Cavet enim, patre vivente, filio, qui sub patris iure est, credi pecuniam non licere: & qui credidisset, patrimonium non habere: nec filiusfamilias aere nexus alieno, ut creditam redderet, vel necesse patri machinaretur, aut aliunde eam in honestis quaereret. Ipsius Senatui consulti verba haec sunt: Placeat, ne cui, qui filiosfamilias mutuum pecuniam dedit, etiam post mortem parentis, cuius in potestate fuisset, actio, petioque detur. Ut scirent, qui pessimo exemplo saeneratorum, nullius posse filiosfamilias bonum nomine inde, expectata patris sui morte, fieri. Alex. lib. 1. cap. 7.

Fuit Pythio, sive Pythi, singularis prudentia Uxor. Cum is totam ferè civitatem refodiendis thesauris attereret, adeo ut plerique laboribus victi interiret: iussit sagax mulier omnia, quibus duci in primis maritum sciebat, cessari cibaria ex auro. Advenienti aerea apponitur mensa. Is elegancia rerum oblecta-

oblectatus, mox quae forent elui, flagitabat inferri. At pro-

ba uxor aurea item obsonia pergit inferre. Stomachanti jam, & esurire se amplius inclamanti? Quo, inquit illa, ne ex-

canduris, & pax sit rebus. Annon sentis Pythi, praerudis unius auri studio in civitate omnia iam perire, agrique colendi studium penitus desitutum? Quin intereunt item homines. Quod si pergis, quid aliquid in eam cessurum sit, non video. Quod, Salubri commento Pythius respiciens, auri quidem studium non remisit omnino, sed quantum modo civitatis partem in opere continuit. Caelius lib. 19. cap. 18. A. L. ex Poben. lib. 8.

Avartitia prudenter obstitit Tuisco primus Rex Germanorum. Nulli enim certum modum agri, aut fines proprios habere permisit. Sed magistratus, ac principes in annos singulos gentibus, cognationibusque hominum, qui una coierant, quantum eis, & quo loco visum erat, attribuebant agri, atque anno post alio transire humebant, ne latos fines parare stude-

rent, potentioresque cogebant possessionibus expellerent: ne accuratius ad frigora, atque auras vitandos adificarent: ne qua oriretur opum cupiditas, qua ex re factiones, disensiones nascerentur: ut animi equitate plebem continerent. B. cum suas quisque opes cum potentissimis aequari videret. Aventinus. l. 1. Amalium.

Dionysius senior, cum audisset quendam e civibus aurum habere domi desitutum, id ad se deferri iussit. Verum postea quam is suffragatus auri paululum, in aliam urbem commigrasset, ibique mercatus esset agrum, revocato Dionysio totum aurum reddidit: ut qui jam divitiis uti coepisset, desissetque rem utilem inutilem reddere. Satis declaravit, se non aurum alienum appetisse, sed hominis morbum sanare voluisse: simul usum auri legitimum demonstravit, si in agriculturem impenderetur potius, quam in usuram. Plut. in Reg. & Imper. noob.

Fiberus Caesar, cum interrogaretur, Cur non tam facile magistratus, & praefecturas suas mutaret? respondit, Natura omnes, qui rerum administrationis praesint, pecunia cupidos, si diutius in magistratu versentur, legiones ad quaestum faciendum fieri. Muscas pariter, si diutius corporum ulceribus insidant, minus molestas sentiri, sanie ad satietatem usque explent. N. rep. Eccl. lib. 11. cap. 17.

Olum apud Graecos institutum erat, ut quae civi non a patria, sed ab extraneis civi donaretur, quam Hospitalarem appellabant: ea adempta civi consecraretur: ut nullus animi alienam beneficentiam praefereendo corrumpere. Athenens. lib. 6. cap. 5.

Innocentius VI. sacri palatii auditoribus salaria instituit, ne numeribus corrupti in decernendis litibus ob inopiam posset. Dicebant enim famelicis non facile etiam ab alieno cibo abstinere, si sit oblitata quovis modo edendi facultas. T. latina.

Apud Scotos. Maccabaei Regis lege, nemo fundum, agrum, praedium, aut magistratum, alia quam Regis auctoritate possidebat. Primogeniti in haereditate succedebant, cuiuscunque sexus. Foemina primogenita si alterius agri domino nupsisset, haereditate sua cedebat. Capitula manabant primates regionis, si inter se aemulitatem contraherent. Praefectus si agrum in sua diuisionis territorio, dum praefecturam agit, comparasset, agrum, ac pretium amittebat. Sin intra diuisionis suae fines filium, filiamve elocasset, praefectura abdicabatur: nec ipsi, nec filio unquam deinceps adire eundem magistratum fas erat. D. H. Boetius lib. 12.

PRODIGALITATEM PRUDENTER TOLLERE, CORRIGERE.

Agefilaus Spartanorum Rex, ut cives suos ab inani sumptu lacrorum certaminum ad vera roboris exercitia transferret, foreorem Gymnicam in Olympis curru certare fecit. Plut. in Agefilao.

Mos apud Gnosios obtinuit, ut leniore accipitibus eriperent nummos: quo deceptoribus obnoxii raptoribus, atque ita moderatores essent. Plut. in Quaes. centuriat. Graec.

Laurentius Medicus, Cosmi F. prodigalitate ingeniosè correderus, quos forei mandat, obsequeretur filii donationibus, ea tamen conditione, ut ipse suapte manu pecuniam numeraret, numeratam largiretur. Ergo cum octo mille aureos muneris loco erogaturus esset Cosmum, quaerentem ea lege habuit obsequentem, si ipse eosdem dinumerare vellet. Latus hac facilitate Cosmum, excitavit exire. Vix bis mille numerat, cum & temporis iacturam agere ferre, & doni-

gnitudinem de non radiata inspectione cepit agnoscere: Egidius Corrozetus de distis, & factis mem.

AMBITIONI PRUDENTER OCCURRERE. GLORIAM FUGERE. HUMILITATEM PROMOVERE.

Præceptione, Admonitione. Hercules Anithestemus praecipit filiis, ne cui, qui ipsos laudibus ferret, gratias haberent. Quod nihil erat aliud; quam ne aut erubescerent, aut invicem blandirentur illis, qui ipsos celebrarent. Plut. de immo-dica verecundia.

Dioni scriptis Speusippus, Ne ideo, si in cœtu puero-rum, & mulierularum celebraretur, sustolleret spiritus: verum hoc ageret, ut religione, iustitia, & optimis legibus exornata Sicilia, Academiam redderet illustrem. Plut. de discernendis adulatoribus.

Posteaquam apud Cheroneam Macedo Philippus Atheniensium profligavit opes, felicitate nimia efferti aliquantum coepit, sed ita ut rationis tamen limites nec transcenderet, nec proculcaret, & proinde ad iniustitiam aut victorum ludibria, & subditorum injurias non dilaberetur. Ergo ex pueris uni muneri id iniunxit, ut ad Solis exortum ingressus ter inclamaret, Meminisset hominem esse se, quod dicitur de Sparto: F. d. Cel. l. 19. c. 23.

Eadem de causa Joannes Eleemolynarius, Patriarcha Alexandrinus, sepulchrum suum imperfectum quidem reliquit, sed voluit, ut de eo perficiendo quotidie a famulis interpellaretur. Marul. lib. 5. cap. 9.

Reprehensione, Irisione, Redargutione. Socrates, cum videret Alcibiadem ob divitiis elatum animum gerere, & ob agrorum multitudinem superbare, adduxit ad locum, in quo tabula quadam ambitum terrae complexens suspensa erat, & eum rogavit, ut Atticam ibi requireret. Quam cum invenisset, suos fundos cum iustis ostendere, & cum responderet. Nusquam ibi pictos esse. Horum, inquit, possessione te effers, quae nulla pars sunt terrae? Al. lib. 2.

Quidam adolescens curat se esse arte sculpendum, & ad eam imaginem sese conformabat. Haec Anithestemus: Si as posses vocem edere, qua de te potissimum gloriaretur? De pulchritudine, inquit adolescens. Non, inquit, igitur erubescis, qui cum in animo gloriaris? Laert. l. 6. cap. 1.

Meneceates Medicus cum seipsum Jovem salutarem appellare non erubesceret, Philippus Rex tacite illius vesania consulere cupiens lautissimum convivium intruxit. Ad quod cum Meneceates quoque invitasset, scorfim mensam ei iussit apparari, & apponi acerram, suffitumque fieri: reliqui vero epulabantur admodum opipara cena. Meneceates primum quidem ferebat, gaudebatque honore: postquam vero paulatim fames obrepere coepit, manifeste insanis fure elench indignabundus abiit, seseque injuria affectum querebat, festivissimo Philippo inertiam ejus redarguente, & in lucem profertem. Eliau. de Par. hist. lib. 12.

Canutus Daciae, & Angliae Rex, animi causa aliquando secundum Oceani litus, haud procul a Suthantonensi portu, ambulabat: ibique a milite appellatus, Rex Regum omnium potentissimus, qui hominibus, qui mari, qui terra late imperitaret: ut suorum assentiones coargueret, vestem exiit, ac ex ea globum fecit, superque sedit quam proximè aquam, estu tum forte exalto se incitante, ac inquit: Unda tibi impero, ne pedes meos tangas. Vix ea proleulet, & unda insurgens totum madefecit. Tum ille conversus: Quo H. jure ergo, inquit, me Regem potentissimum vocatis, qui hanc parvulam undam meo imperio cohibere nequeo? Nullus mortalium est tali nomine dignus: est Rex unus pater Dom. N. Jesu Christi, cum quo ille regnat, cujus nutu cuncta reguntur: hunc veneremur, hunc Regem appellamus, hunc Regum, hunc populorum omnium dominum, hunc cali, terra, maris rectorem non solum consecramur, sed etiam profiteamur. Inde Vintoniam profectus coronam, quam gestabat, capiti simulachri Christi crucifixi, quod in templo Apostolorum Petri, & Pauli pendebat, suis manibus imposuit, nunquam posthac ejusmodi ornamento capitis usus. Poyrd. lib. 7.

Occasionis ablatione.

Vitis ad Plateas Persis, cum Spartiatis non tribuerent Atheniensis palmam, nec eis permitterent, ut erigerent trophæum, res Aristidis consilio delata fuit ad arbitros. Dum ea de re deliberant Graeci, Theogiton Megarensis in aliam civitatem censuit, nisi bellum civile vellent excitare, hoc decus conferendum: Plateensibus videlicet, praefertim cum isti

Aaa 2

fontè

sponte sua agri partem magnam Atheniensibus dono dedidit: Et horum honori neutri iniuri essent. Postquam dicendi finem fecisset, Aristides Atheniensium nomine, inde Lacedaemoniorum nomine concessit id Paulanias. *Plut. in Aristide.*

Apud Romanos praeclarè fuit institutum, quemadmodum Cic. Verrii vii. scribit, ut qui triumpharent, eoque diutius vivos hostium duces servarent, ut his per triumphum ductis pulcherrimum spectaculum, fructumque victoriae populus Romanus percipere possit: tamen cum de foro in Capitolium currum sceleris inieperent, illos duci in carcerem juberent, nimirum ut idem dies, & victoribus imperii, & victis vitæ finem faceret. *Joseph. 17. cap. 24. Bell. Jud. id de Simone Judaeorum duce sceleratum scribit, & populum hostium ducis mortem expectare solum tradit.*

Arthurum Britanniae Regem, pugilum certamine delectatum, athletas plurimos familiares habuisse ferunt: quos vel in epulis, vel in publicis aliis conviviis in coronam sedere jubebat, ne quis alteri praelatus videretur, Scelionis locum, rotundam Arthuri tabulam vulgo appellat. *H. Boet. l. 9.*

Ludovicus Hungariae, & Boemiae Rex, cum Maria sponfa sua Pragae venit, & conceptus verbis inter sacra jurans, libertates illorum confirmavit. Praebat juramentum, Zdenco Leo, arcis Pragensis Praefectus, vicissimque cum omnibus ordinibus obsequium Regi debitum stipulata manu exhibuit. Sequi postmodum coronatio Reginae debuit. Huic moram in octavam usque diem Procerum, & Equitum de insignibus Regis gestandis, nempe corona, sceptrum, malo, ense, dissenso obtulit, utrique ad se decus illud trahentibus, tanta Procerum pertinacia, ut ne vel unum ensium gestandum equitibus permittere voluerint. Cum nullus contentio finis appareret, Rex de consilio suorum coronam capiti suo imponit, dextraque sceptrum, ac lava manu aureum malum gestavit, enses vero Marchioni praefendum tradidit. Mox Stanislaus, Olomucensis Praef. celebritatem coronationis ritè peregit. *Dubravus lib. 33.*

Christophorus Bavarum, Gothorum & Sueonum Rex, cum animadverteret proceres regni mutua invidia flagrare, ut etiam filii viventium patrum praefecturas invidis parentibus, & ignorantibus à Rege postulare non crubescerent: ut huic annulationi mederetur, curavit omni potestate feudum, concessit, & sine quoquoque praevio examine concedi, literasque in promptu expediri, ut imprudens nobilitas tam temeraria concessione discerret, non decere gratiam alteri collatam praeripere, aut revocare. Sed cum neque ea industria posset hoc malum compesci, voluit, ut literæ super concessio feudo scriptæ, tanto autò à cancellaria redimerentur, quantum vix à toto feudo corradici posset: nec diutius ea gratia duraret, quam alter, data majori, aut pari auri summa, in idem feudum induci postularer. Itaque saepe uno, eodemque tempore complures, data ingenti pecunia, in idem feudum instituti, nihil fructus ex eo reportabant: donec magna eorum pars nec aurum, nec feudum, immò nec ullam possessionem reliquam habuit. *Jean. Magnus 122. c. 21.*

Fuit olim in Hispania inter Burgensem, & Toletanam civitatem, quae reliquis antea videbantur, de dignitate summa contentio, cum Burgenfes civitatem suam esse Castellae metropolitani constantè assererent: Toletani verò Hispaniae principatum ad civitatem suam revocarent. Neque lis unquam dirimi potuit, nec ulla conditione fieri, ut una civitas alteri quidquam de jure suo remitteret. Itaque periculum erat, ne quoties Reges concilium evocarent, si, qui civitatis utriusque nomine conveniant, ad manus venirent. Alfonso igitur XI. Hispaniae Rex, cum Compluti indictum concilium haberet, ut hanc controversiam aliqua ratione tolleret, in omnium conventu, antequam litis ulla mentio fieret, inquit: Toletanos scio imperata libentissimè facturos, loquantur Burgenfes. Hac Regis oratione conquiescere, quod utrique se praelatos existimarent: Toletani quidem, quod Rex ante omnes, eorum nomine locutus esset: Burgenfes verò, quod primi omnium per se sententiam dixissent. Hanc deinde consuetudinem Reges omnes Castellae sequuti sunt, quoties concilium est ab illis indictum. Cum Emmanuelem, & Isabellam Lusitanæ Reges, coram Ferdinando socero Toleti omnes Hispanorum ordines pro haeredibus regni susciperent, & manus deocularerentur, contentio vitandæ gratia, nolere Toletani in illo conventu illud officium facere: sed postquam à templo discessum est, antequam Reges in ades Archiepiscopi, ubi paratum, & instructum erat con-

vivium, pervenirent, in ipsa via, ad Emmanuelem, & Isabellam suppliciter adentes, eorum manus osculati sunt. *E. Oforius l. 1. ver. Einn.*

Observatione, Infectione.

Franciscus, pater Minorum, cum se inter homines fama sanctitatis effertur percepisset, ne quam ex eo voluptatem caperet, alteri negotium dedit, ut e contra probis, peccantibusque ipsum incesset. Et cum ille rusticum, idiotam, ignavum, inutilemque cum appellasset, calumniantis gratias agebat: affirmans verius de se sentire oblocutores suos, quam laudatores, qui opinione decepti, supra id quod esset, se æstimarent. *Marul. lib. 1. cap. 4.*

Labore, Negorio.

Thomas, Cantuariensis Archiepiscopus, ubi primum dignitatem inuit, inanis gloriae cogitatus, carnis macerationibus seprimere cepit, instantibus oravit, frequentius jejunavit, cilicium induit. *Idem l. 1. cap. 6.*

Euphrazia, Christo dicata virgo, in Thebaide cum puerum quendam paralyticum, mulieremque fanaticam sanavit restitisset, ne miraculorum magnitudine infeliceret, laboribus cumulum addidit: crebris utens jeuniis, vigiliis, precationibus, ceterisque corporis exercitiis: nullum otio tempus remittens, ne desidia aliquando cogitaret, se alicuius momenti esse, cum nihil æstimari mallet. Corpus in servitutum redigendo, consentire cogit spiritui, semper humilitatem affectanti. *Idem cap. 4.*

Religione.

Servius Tullius, Parvæ Fortunæ ædem consecravit primus. In qua æde signum sua prætexta ornatum dedicasse, & longo tempore mansisse incorruptum, auctores tradunt. Causam fuisse crediderim, quod tenuis ipse, & parvi cultus, ut tum res erant, quod ex captiva natus, Fortunæ beneficio regnum assequutus foret, propterea templo illam sacrasse, proque dea coluisse tanquam gratiam meriti ferret: quam quidem ita cumulatifimè retulit, ut non una æde illam recepisse, aut consecratis factis fuerit. Siquidem regnum assequutus, Fortis Fortunæ, Primigeniæ, & Mascule, mox Prosperæ, & Virilis Fortunæ templa eundem crexisset, fama vulgavit. *Alex. l. 1. cap. 13.*

Cadaveris inspectione.

Maximilianus I. mortuus iusserat, ut suum cadaver cunctis, & vel infimæ sortis hominibus spectandum proponeretur: ut vel suo exemplo discerent, cogitareneque, cuiuscumque status forent, sese mortales esse, nec ulla diademata, ulla opes, regna, & imperia à morte hominem præservare posse. *Rainardus Hadamarius.*

Vestitu.

Apud Romanos, auctor Plutarchus est, omnes, qui nobilitate praestarent, lunulas in calcis solitos gestare: unde & lunata pellis Martialis, & apud Satyricum Poetam: *Appositam nigrae lunam subit exit alutæ.*

In id argumentum rationes afferuntur plures: interim arrisit plurimum. Et enim huic instituto assidue videri potest nobilitatis antiquitatis documentum, tacitis velut ambagibus commententis, non in solescendum, nec prolixiore successu effereferendos animos, inconstantiam rerum semper memores, qua humana consistantur: cui argumentum præbeat luna, quæ primò quidem ex obscuro prodeat, mox splendore resurgens nitore, visenda confurgat facie. Sed cum jam clarissimam præferat candoris speciem, rursum consensens deloretur, donec ratione quadam reciproca in nihilum denuo redeat. Il- lud non prætereundum, videri aliarum quoque gentium fuisse instituti, lunulas in calcis gestare, quando *Isaia 3. ita legitur: In die illa auferet Dominus ornatum calcememorum, & lunulas, & torques. Sunt tamen, qui lunulas inibi aureas accipiant bullulas, collo circumjectas. Cel. l. 20. c. 28. A. 1.*

Premislaus, Boemorum princeps ex rustico factus, morti proximis, profertur arcu sua sagum rusticum, & carbatinas, quasi insignem aliquam suppellectilem, atque in loco religioso seponi iussit, non temerè aliis pronandam, palamque spectatoribus ostendendam, nisi in comitis creando principi habendis: Custodiatque esse solemniter extrema eius hæc voluntas non solum à profanis principibus, sed deinceps etiam à Christianis Regibus, ut eo videlicet die, quo inaugurabatur Rex, una cum ipsa corona, & scepro aureis, villa hæc quoque insignia sacrorum minister ad aram inferret, Regi illa ab oculis commonendi gratia offerrens, ut primæ suæ originis memor, fortunam reverenter haberet. Sed hic mos paulatim exolevit. *Dubrav. l. 2. & Æn. 531.*

Lescus II. Polonorum princeps in victu, cultuque corporis singulari parsimonia fuit: rudibus, & crassis pannis auleorum loco utebatur, nisi si quando in publico dare aliquid splendore, neque majestatis principatus, maxime propter externos homines, cogebatur. Quin ibi quoque crassos pannos, quibus ante adeptum principatum usus esset, ob oculos poni ibi jubebat, quibus admodum etur assiduo, fortunæ pristinæ, & unde ad tantum honoris fastigium evedtus esset. *Cramerus lib. 2.*

Saladinus, potentissimus Ægypti Sultanus, testamento iussit interitulum, cuius obitu esset post mortem, pericula appensam per castra circumferri, cum hoc præconio: Ex tantis opibus tanta virtute parvis, Saladino terrorem gentium nihil, quod se comiserat, reliqui esse. *Platina in Celestino III. Suppelledile.*

De Agathocle tyranno Agrigentino, figuli F. Aufonius. *Fama est sibi sibi conasse Agathoclea Regem, Atque abacum Samio sepe onerasse luto.*

Fercula gemmarum cum poneret horrida vastis, Et miseret opes, pau periemque simul.

Quærenti causam, respondit: Rex ego qui sum Sicantæ, figulo sum genitore satas.

Fortunam reverenter habe, quicumque repentè Divites ab exiliis progredire loco.

Æthiopum Christianorum majoris ordinis antistibus non erit modo, sed vas etiam autem terra refertum præferri solet, ut hoc inspectum euntem suæ admodum mortalitatis, illa Dominicæ passionis, Sab. lib. 8. Enn. 10. *Imaginibus, Notis, Insignibus.*

Meminit Florens Septimius in Apologetico, Romæ olim triumphantis à tergo huicæmodi compositionem (quam *Plin. lib. 28.* oblitus verbis Medicum invidiæ appellasse videtur) ingeri solitam. Respicit post se, hominem esse mento. Meminit historia consolatoria ad Paulam epistola

D. Hier. *Cælius lib. 3. cap. 7. A. L.* Amicus Episcopus Aquilæ, & Cardinalis creatus à Paulo II. patris imitatione opilio fuit: verum doctrinæ excellentiam ad tantos honores pervenit. Et ut natalium obscuritate humilia ad tantam suam perpetuo conservaret, & exerceeret, infirmis familiæ finxit, agnum capite librum gestantem, quorum hic virtus, ille natalium index esset. *Hier. Garimbert. lib. 2. de vitiis Posticum.*

Villegius primus Vangionum Archiepiscopus. Elektor. plaustrarii fabri filius, ut suorum natalium humilitatem semper ob oculos haberet, passim per omnia conclavia depingi, & affigi roas curavit, sæpe illud repetens: Villegius, quis sis, quis fueris, memento. *Naucler. Herman. Gigas, & Bruschius de Episc.*

CLEMENTIAM PROMOVERE.

Consule sequentes Titulos, Iram prudentem sedare. Item Reconciare prudentem.

Cræsus, cum Cyrum victorem Sardis infensum esse cerneret propter rebellionem, veritus, ne urbem penitus excinderet, consilium dedit Cyro, ne urbem deleter: sed Paçtyam seditionis auctorem capite pleteret, ipsos verò cives ad bellandam redderet inuites, hac ratione: imperaret illis, ne arma bellica possideant, ut supra tunicam pallium gestent, induant cothurnos, cithara, cantuque ludant, denique capponentur. Paruit Cyrus, & ex bellicosissimis ignavissimos reddidit Lydos. Sic Cræsus & Cyri imperio, & suorum (quibus olim imperaverat) salutem consuluit. *Herod. lib. 1.*

Pythagoras, in animantium ratione caritibus affuefecit suos crudelitate, & fraudatione temperare, accupis interdixit, emproque retium iactu dimitti imperavit pisces, atque animantis mitis eade penitus abstinuit. *Plut. de Util. ex inimicis.*

Cum descivisset quidam à Rege Perfarum, qui Demariti impulsu erat ad eum reversus, eicteque hunc Persem Rex perempturus: Turpe est, inquit, Rex, cum hostis esset tuus, non potuisset te penas ab eo rebellionis persequi: cum verò factus amicus est, cum necare. *Plut. in Apophthegmatib.*

Porus à consilio rogatus ab Alexandro. Quemadmodum de ipso esset statutuus? Regaliter, inquit (*Suaviter*). Intuper requiritus: Nunquid prætereà? Omnia, inquit, eo in verbo regaliter sunt, admiratus tum prudentiam viri, tum virtutem. Iatorem regionem illi ea, quam antè possederat, adiecit. *Ibid.*

Mihi idem accidit, inquit Fundanus, postquam bis, vel ter occurri regi, quod Thebanis. Qui ut semel impulerunt eos, qui invidi haberantur, Lacedaemonios, nulla post in pugna eis succubuerunt. Quippe consilio intelligebam me obtinere victoriam posse. *Plut. de Non incedendo.*

Acacius Patriarcha Constantinopolitanus, animadverfa Imperatoris Leonis Macellæ in eos, à quibus offensus esset, E crudelitate, ejusque ingenio exquisitè deprehensio, quod id à solis laudantibus capi posset: operam dabat, ut omnia ejus & dicta, & facta miraretur. Itaque saepe ejus rancundiam facillè repressit, & multis, quibus princeps offensus erat, salutis fuit, & perpetuo exilio damnatos in patriam revocavit. *Suidas.*

POPULARITATI CONSULERE.

Monuit Alexandrum Philippus pater, ut amicos sibi, quoad liceret, regnante pararet alio, obsequiis & festivitate illos demerendo. *Plut. in Præcepis polit.*

JUSTITIAM RELIGIOSAM PRUDENTER PROMOVERE.

Videlicet

Idololatriam, Superstitionem prohibendo, abolendo, consultando.

Daniel Propheta sub Cyro Rege, cum LXX. Babylonis Sacerdotibus certavit, & Bel deum non esse ostendit. Nam cum Bel quotidie siliginis Artabas XII. oves XL. vini metretas sex proponerent: clauso inde, & obsignato templo per occultum aditum sub ara noctu ingressi omnia cum suis liberis, & uxoris absumebant, & manè omnia à Bel absumpta esse dicebant. Daniel igitur divini spiritus revelatione technas dæmonis, ejusque ministrorum cognitans, idololatriæ causa profligandæ detecturus, inficis Sacerdotibus, præfente Rege, templi pavimentum cinere consperxit, atque ita vestigia Sacerdotum Regi manè ostendit. Rex comprehensis Sacerdotibus, sceleris convictos interfecit, & Bel delubrum evertit. Prætereà draconem arcum Babylonis creabant, qui edebat, & bibebat, quem Cyrus à Daniele adorari postulabat. At Daniel offas ex cyro, adipæ & pills, simul coctis, draconi devorandas objecit, & statim draco medius crepuit. *Dan. 14.*

Athenienses fabulam de deorum jurgio cum absurdam finxissent, absurditatem eam non mala correctione interpolaverunt. Siquidem diem secundum eximunt mensi Boetionum, quod illo cum Minerva Neptuno controversia intercessit. *Plut. de Piet. in fratres.*

Petilius prætor urbanus, cum sub Janiculo à terræ fossoribus arca lapidea inventa esset, plena libris, qui aliqua ex parte, quæ ad religionis contemptum spectabant, continebant: ex auctoritate Senatus in conspectu populi cremavit, ne quicquam assereretur, quo animi hominum à deorum cultu avocarentur. *Livius lib. 10. de Bello Macedonico, Plinius lib. 14. cap. 13. Laëtant. lib. 1. Val. Max. lib. 1. cap. 1.*

Confirmando Pios.

Archebius sanctissimus vir, in quadam Nili insula inter solitarios & ipse solitariam vitam ducens, si quis eo accessisset, ejusdem propoliti cupiditate accensus, cum ipse domicilium cum utensilibus cedebat, ne qua cellula contruendæ, quærendæve suppellectilis difficultate victus abiret. Ac ne forte illum, quod offerebatur, accipere pudor impediret, centum sibi, ac deliberatum esse ad alia transmigrare loca mentiebatur. Et tantisper inde secedens, donec impensas compararet: reversus alteram sibi cellam non parvo cum labore ponebat. Hac ille simulatione usus, officio fungebatur vera charitatis. *Marulus lib. 4. cap. 4.*

Simeoni monacho ex Italiae partibus in Nili insulam sese conferenti, cum nullam artem calleret præter Latinarum literarum (quarum illic usus nullus erat) scripturam: à quodam seniorum provivum est, ne otiosus esset. Finxit enim piissimum simulatorem, habere se fratrem in Italica cohorte militentem, Latinis literis instructum: & à Simeone petit, uti sibi Apostoli Pauli codicem Latine conturbaret fratri mittendum, quod ille legendo animi virtutibus proficere posset. Sub tali prætextu & ipsum ad scribendum excutivit: & quasi mercedis loco cuncta ejus victui necessaria obtulit, veritus, ne vel propter rei diutius perdurare nequirit, novus homo illis in locis diutius perdurare nequirit. *Marulus lib. 3. cap. 9. lib. 4. cap. 4. ex Cassian.*

Eugenia, Philippi Consulis filia, Eugenia credita, etiam Abbatis officio delungi Alexandriæ meruit. In eadem urbe Euphrosyna virgo sub Smaragdi nomine latens, monachi vitam duxit. Sic Marina Maritus, Theodora Theodoros, Pelagia Pelagius credita, inter viros præstitissent sanctitate, sexu occultato. Fixerunt ergo se esse, quod non erant, ut essent, quod esse debeverunt, nihil omittentes, quod ad perfectæ religionis cultum pertinere. *Marul. l. 4. cap. 4.*

Convertendo Ignorantes, Impios. Constantius Magnus, militum qui vetusti erroris tenaciores essent, arma crucis symbolo signavit, ut paulatim ad veri Dei agnitionem, & cultum eos hac ratione deduceret. Eusebius in eius vita.

Multi sancti Viri impudicitiae crimen, & suspicionem falsam incurrerunt, dum meretricibus convertere student. Vnde sub Tit. impio religiose completi, exemplum Abrahami eremita Paphnutii Abbatis, Vitalis monachi.

Serapion quidam, Aegyptius eremita, oppidum quoddam infidelium ingressus, cum publice predicantem de medio perliceret, parvo se precio vendidit, ut servus effectus, dominum suum ex vinculis idololatriae solveret, atque ad veram libertatem reduceret. Petrarca lib. 2. Dial. 7. de Remed. fortuna. Marul. lib. 3. c. 2.

Ingo, regulus Venedorum (qui ad fontes Dravi, & Savi habitant, Carinthii hodie dicti) multos ex suis fatrapas hac ratione Christianos fecit, anno Salutis DCCC. Convivium lautè intruxit, & vilem plebeculam simul cum equestri ordinis proceribus invitavit, atque praeforis nobiles recumbere iussit, pane duntaxat cibavit, & caruncula rancida pavit, vinumque scilicet propinavit austerum. Sed agricolas sua mensa adhibitos, cena lauta pavit, & vinum poculis aureis, & argenteis, & gemmatis proposuit: Cum nobiles id indignè ferrent, ac in sui contumeliam fieri stomacharentur, respondit, Se ideo rusticos ad mensam suam admisisse, quia essent sacro lavacro abluti: illos verò nobiles fors reliquisset, quod fordibus ethnicis squalentes, hircum impietatis oleant, nauseamque sibi facerent. Castigati ea re nobiles, brevi tempore, sub Vergilio, & Annone Juvanensibus Episcopis, Christi fidem acceperunt. Hinc honos investendi principis rusticis datus. Sab. lib. 3. Enn. 10. ex An. Sylv. cap. 20. Europa.

Corrigendo, Penitendo, Excludendo, Terrendo Impios. Jehu, qui Jezabel, & Achab regis Israelitarum filios interfecit, ut ab Elia propheta dictum fuerat, totius exercitus multitudine congregata, dixit: Achab quidem parum Baal inseruit. Jehu autem multum illi serviet. Nunc igitur omnes ad me vocate prophetas, & sacerdotes Baal, quia magnum sacrificium Baal faciunt. Quisquis abfuerit, non vivet. Omnibus congregatis, & idoli ade completa, coram edixit: Inquire, num quis Domini servus interfuit? nulloque reperto, interfecit omnes, Baalemque cremavit. 4. Reg. 10.

Joannes patriarcha Alexandrinus, populo post auditum Evangelium mox dilabi solito, ipse intermissa celebratione, seque egredientes cepit, dicens: Ubi oves, ibi & pastorem adesse oportet. Hoc modo Alexandrinis pudorem iniecit, ut nunquam postea prius ab altari discederent, quam sacerdotes peracto sacrificio benedictionem daret. Marul. l. 2. c. 1.

Archebius monachus adolescentens, qui deliquerat non segregabat, sed eos, qui profecerant. Dicebat enim, Adolescentem segregatum fieri contemptorem, verò qui profecerit, maturè sentire segregacionis dolorem. Suidas.

Anastasio Pontifex statuit, ne peregrini venientes, praesertim trans mare, in Clerum reciperentur nisi quinque antistitum haberent chirographa, sicque Manichaeorum frauditum est obviam, quorum heresis latè ad meridiem inoleverat. Ad orthodoxam enim fidem corumpendam quoquo versum ex Aphrica mittebantur, qui religionis praetextu occultè suè impietatis venenum piorum animis infunderent. Sab. l. 9. Enn. 7.

Magdeburgenses in electione novi Episcopi, sanguinem Udonis impii Episcopi, ad Deo ob libidines nefandas in templo Maurici ad altare percussis, in pavimento ostendentes, Episcopos novos ad pietatem cohortantur. Fulg. lib. 9. c. 12.

Senatus Veneris, Episcopis, aut inquisitoribus solis non permittit iudicium haereticos, sed cum illis adhibet semper locorum praefectos, & juriconsultos, qui testimonia cognoscant, & provideant, ne quid improbe, vel avarè committatur in sua ditionis homines. Legem hanc tulerunt anno MDXXI. cum in agro Briziano nonnulli quaestores valdè faverent in miteros homines, quasi veneficos, & cum Sathana commercium habentes. Sabell. Supplement. lib. 29.

Orestes eade mensa pollutus, Athenas veniens, ad Lenæa Liberti patri sacrificia fuit admixtus. Rex Pandion cum choam vini dari singulis convivis iussisset, imperavit singulis, ut suum biberent, neque alii de suo cuiquam infunderent, ne eodem craterè biberet Orestes, è quo initiati: neque rursus graviter ferret, quod ipse solus scortum ab aliis biberet. Atque inde Choam sollemnitas mansisse credita est. Nat. Comis lib. 9. c. 2. Mythol.

JUSTITIÆ PROFANÆ PRUDENTER CONSULERE. IN GENERE.

Lycan Pelasgi filius. rex Arcadium, patris instituta tuebatur, justitiam studiosus. Qui cum & populum suum arceret, vellet ab injuriis, aiebat Jovè subinde ad se accedere, homini peregrino similem, ad intuendos justos, & injustos. Aliquando autem cum deum susceptorus esset, fer rem divinam sequebatur. Filii ejus à diversis nati mulieribus, explorare volentes. Quinam sacrificio interessent, & verè deum hospitio susceperit; immolato puero, carnes ejus cum victimæ carnibus permiscuerunt: quòd id clam futurum non esset, si verè deus interesset. Sed cum divinitus magnè tempestates, & fulminæ extitissent, ajunt, omnes pueri interfectores perisse. Suidas.

Lycurgus Spartanorum legislator, jam lata de novis tabulis lege, aggressus etiam ea est, quæ rerum moventium sunt ex aquo dividere: quo semel disparitatem, & inaequalitatem sustolleret. Quia verò videbat, si eis extorqueretur aperte, egrè laturos, monetam auream, & argenteam antiquavit, folius ferri usum fancivit, desinivitque, quatenus censendum ad hujus valorem totum patrimonium foret. Ea re exterminata Lacedæmonie omnis est injuria. Plut. in Apophib. F.

Abafon ab exilio revocatus, biennio tamen integro in patris Davidis conspectum venire non fuit ausus. Ejus mox perterritus Joab (quo prius interfectore apud patrem fuerat usus) ad se vocandum curavit. At ille, quamvis sapè monitus, venire noluit. Abafon servus suis imperavit, ut vicinam Joab legetem incenderent. Joab proptèr ad Abafon currit, ejus rei causam petens. Tum Abafon. Et redè sanè, qui invitatus venire noluit, nisi sponte tua accedis. Cautam meam apud regem age, ut in illius conspectum venire audeam. Joab annuit, & pro eo apud regem intercessit. 2. Reg. 14.

Egyptio Bocchoridi homini saevo ingenio, alpidem prohibent ab lide, quo judicaret justè, immisilam, caputque ejus circumjectam superne in umbraffe. Plut. de Immod. vere.

Atheniensium magistratus variis modis conati sunt efficere, ut populus quàm maximè frequens ad concionem veniret, objectis enim repagulis quibusdam vias reliquas occultabant, quæ non ducerent ad forum, tum merces tollabant ex mercatur, ne quid hac gratia ibi cessaretur: denique funem parantem, rubro colore, quem μύραον, id est, minium vocant Latini, nonnulli cinabarinum appellat, oblitum. Hoc duo ministri publici populum cingentes, agebant in concionem. Studebat quisque funiculum effugere, propterea quòd quisquis colore notatus appareret contagio funis, is multatam pendere cogebatur. Unde qui notam metuent, eos eleganter dicebant φούρον, id est, στυγιον, id est, fugere funiculum miniatum. Ev. ex Suid. & Aristoph. interpr.

Cum propter assiduas bellorum expeditiones Atheniensis à rebus urbanis distrahi, vix foro assueverent, & per infrequentiam comitia cogi requirent (quippe cum ex omni populo in quovis arduo negotio, ultra quinque millia non convenirent) ut posthabitis negotiis ad rempublicam accederent, & de publicis consulerent: singuli suffragatores nummos aliquot acceperunt, ex Callistrati instituto. Alex. l. 4. c. 3.

Ipsam perhibent Anaxagoram, gate decreta neglectam, occupato Pericle, jacuisse, atque obvoluto capite vitam finire media statuisse. Periclem, ea re ad se delata, percussum, ad volute confestim ad illum, & enixè orasse, lamentasque non illum, sed seipsum, qui talem in Rep. gerenda consiliarium amitteret. Ibi Anaxagoram aperto capite eidisse: Etiam illi, quibus lucerna Pericle opus est, infundunt oleum. Plutarchus in Pericle.

Rodolfus Habspurgensis, cum à principibus in regem Rom. eligeretur, Basileam obfidebat, Stelliferorum factionem à Pflattacis Episcopo adherentibus pulsam, in integrum restitutus. Per Noribergensem Burgavium accessit, & Aquisgranum ductus, coronatus, & duas filias nobiles duobus Electoribus in uxores collocat. Sed cum juramentum à principibus exigeret, quidam absentiam quorundam causati, recularunt. Tum arrepto crucis signo dixisse fertur: Ego signum, in quo salvatus est mundus, hoc sceptri loco utemur. Mori hæc re principes, contra extolunt, fidelitatis juramentum praestiterunt: auxilia erunt rebelles, & qui Imperii loca violenter sibi usurparent, promittentes. Cuspin.

Antoninus Leoninus Genuensis civis, gravis valetudine p̄ senex laborans, ut servorum, & famularum indem erga se acceret, si vim morbi evasisset, omnes liberos fore pronunciarit: si aliter,

aliter contigisset, omnes eodem servitutis jugo obnoxios esse A voluit. Fulg. lib. 7. cap. 8.

Pater quidam locuples filias honestissimè elocarat. Persuadent illæ misero lenis, ut vivus is opibus subdieret, post obitum haberet, quas mortem ipsius avidè expectantes post obitum haberet aditatis se patri prospecturas. E primo quidem anno benignè, & liberaliter ab illis tractatus est. Verum cum præter spem ipsarum diutius viveret, senis pertaxè, pietatis, & pactis iparum immemores, durissimè illum tractare coeperunt. Ille imprudens, cum altè emendare volens, cistam faxis, & arena plenam cubiculo suo clam inferri curat, eamque nocte apertis, nummum aureum unum, aut alterum, quos solos ex tantis divitiis reliquum habebat, repetitis casibus mensè incidentis contina supputatione, voce submissa, sic tamen ut à genero facile audiri posset, ad immensam pecuniam summam produxit, & tandem capiam fidelissimè clausit. Filiae manè causam nodurni strepitus, conscientis maritis, avidè exquirunt. E pater, remotis arbitris, Theauri meri rationes necum inire cepi, filia, ut quàm quæque vestrum de me optimè merita fuerit, tam quoque post obitum meum, cum vivo me æquales hæreditatis fueritis, digna feratis præmia. Ea spe lactatæ, amulatione mutua, omni officiorum genere patrem profectui coepere. Eo mortuo, aperta cista, plenam faxis, & arena petere, cum ligno fusite, cui lingua Britannica hæc insculpta erat: Quod pietas non potuit, extorsit avaritia. Nolite, o Patres, committere, ut dum indigentia vestra avaritiæ liberorum satisfaciere cupitis, impietatis majoris occasione mereamini. Exemplo meo prudentiores redditi valete: stulti futuro pecunia lute, Jo. Paulus in jocosis. Ludentem dicere vera nil prohibet.

Menciam cecinit Homerus ad epulum, quod Optimatus præbebat Agamemnon, ultro accessisse.

Namque premi mentem fraternam angore sciebat. nec patius est inficiam ejus in propatulum venire, neque perstrinxit eum non veniendo: quomodo queruli, & morosi amicorum hujusmodi erroribus, atque amantibus imminet: qui quò materiam habeant expostulandi, negligi se, quàm honorari malunt. Plut. lib. 7. Quest. convivialis.

Erato in Oaxo oppido videtur Creta negotiator quidam Therax, nomine Themison: hunc in familiaritatem acceptum Etearchus Rex adjuravit, ut quàm rem oraretur, in ea se ministrum præberet. Erato videtur Etearcho Regi filia Phronime, cui noverca mendacis insidias fruebat. Ubi hominem jurejurando adiecit, adductam ei tradidit filiam suam, jubens, ut eam abductam, in mari emergeret. Themison accipit animo inter nefas operis, & hospiti perfidiam, ita sibi faciendum putavit. Accepta puella mare ingressus, cum in alto fuit, jurejurando Etearcho satisfeceret, revinctam funibus puellam demisit in pelagus: eademque retracta, Theram peruenit. Ibi Polymnestus, vir inter Therax spectatus, in concubinationem Phronimam accepit, ex eaque liberos proegit. Herod. lib. 4.

Sunt, qui scribant, Xerxem, cum rursus in Graciam copias traicere cuperet, multis orasse, atque adduxisse Themistoclem, qui ad se confugerat, uti secum ad id bellum proficeretur: nec renuissè Regis iussu Themistoclem, sed eo pacto annuissè, Regem jurejurando adactò, quòd in Gracos absque Themistocle non duceret copias: moxque juramento prolato, daturum sacrificantis more jugulasse, atque illicò poculum taurino sanguine plenum hausisse, confestimque expirasse. Ita ea arte Xerxem à professione instituta revocatum jurisjurandi religione, & comortis genere Themistoclem hostilissimè prudentissimèque sese in eum bentum innoxie subduxisse, ac fidem in rebus Gracis integerrimè à se ministratis suam ostendisse constantissimam. Diador. lib. 11.

Æneas Sylvius Senensis Episcopus contra civium studia à Nicolao V. Pont. ceteris, suscepius iis fuit, ne urbem Friedric. III. Imp. proderet, ejus nomine legatum agebat apud urbes Italiae. Auxilium invidiam mortuus Collega Pfallendorffius, & in eade Virginis matris loco celebris fuit: quam rem argumentum esse jam recepti imperii querebantur, homine externo, veluti prodita libertate in civium Senensium sepulchra illato. Itaque vitandæ suspicionis causa vix excessit, & vix tandem pietatem suam patriæ comprobavit. Jo. Ant. Campanus in eius vita.

De Alphonso Rege, vide infra. Defendere innocentiam suam, S. Perfidia. Injustam distributionem fugiendo. L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

Epaminondas, cum Pelopida abnuisset oranti, ut custodia caponem levaret, eumque paulò post amicè precibus condonasset: Hujusmodi, inquit, beneficia, Pelopida, scortis, nondudicibus convenit, ut præteritur. Plut. in Præcept. polit.

Petebat filii amicium urbis Praefectum constitui Aspar ab Imperatore; imperator Leo Magnus cum se id facturum anuississet invitus, noctu quendam Senatorum celeriter ad se venire iussit, eumque Praefectum urbis constituit. Aspar cui hoc præter spem suam accidisset, veste apprehensa Leonii ait: Imperator, tali purpura amictum non deceat mentiri. Respondit Imp. Imperatorem quoque deceat nemini cedere, aut subditum esse, maxime si id cum Reip. incommodum fiat. Cedren.

Carolus IV. corona Imperii Romæ suscepta, sciens Romanos peturos, ut quidam vetustas consuetudines confirmaret, quas in præjudicium Romani Imperii, & Ecclesie dare nec posset, nec vellet: simulavit aliquandiu se illic mansurum. At venandi specie urbe egressus, iussit paulatim copia constitari, & sic Romanorum manibus elapsus est, ann. Sal. 1366. Cranzius l. 8. Vandalia, cap. 35.

Anno 1505, propterea quòd sapè fiebat, ut qui impetrate magnam, aut difficilem rem aliquam à magistratibus Venetis cuperent, Regum, & Pontificum Legatis uterentur, qui eos Principi, Patribusque commendarent, interdum etiam ipsorum Regum, Principumque civitatum ad urbem venientium patrocinio nitebantur, quorum auctoritati Patres propè negare nihil poterant: SC. factum est, Cui quid à Patribus impetrare sit necesse, is neque virum principem, neque legatum adhibeat, cujus commendatione apud eos nisi possit, pena pro genere hominum is, qui SC. neglexissent, constituta. Bemb. l. 7. bist. Ven.

Perfidiam prohibendo, evitanda. Artaxerxes Longimanus Saribarzanem cubicularium, qui petebat quid ab eo, quòd dare jure non poterat, ut odoratus esset tribus millibus Daricorum redemptum id facere: præcepit quæstori, ut ter mille Daricos adferret, largiensque eos illi: Cape, inquit, Saribarzanè, hos enim cum dedi, nihil ero pauperior: illud si fecissem, injusior essem. Plut. in Apophib.

Pertaus, qui argentum cuidam familiari suo dabat fenori in foro cautionem perscripsit, memor nimirum dicti Heliodori, qui ait:

Νετ φρασις contonnie jocosans apponere testem. Is cum stupefactus diceret: Itane Pertæ ex lege (δνομοματιδ) Sancè inquit, (παλασιδ) cum bona gratia recipiam, nec exigam lege. Plut. de Nimia verecund.

Dionysius major peregrino cuiquam, qui monstratum infidiatores valeret, profite expromere. Ut ille ad eum accessit, ac dixit, Dona mihi talentum, quo audisè videre infidiatorum indicia: dedit, audisè simulans, miratusque est hominis commentum. Plut. in Regum Apophib.

Dempta toga, candidatos in campum prodire, à Rom. constitutum ferunt, ne per occultos lincis pecuniis abfconsis, largitione, & ambitu suffragia mercarentur: aut saltem, ut cicatitces, & vulnera, quæ pro patria, proque civibus pugnando passi essent, conspicua forent. Alex. l. 4. c. 3.

Justinianus Magnus Imp. legum Rom. corrector, de Episcopis, dispensatoribus, pupillorum alumnis, & peregrinorum hospitibus sanxit, ne jus legandi aut hæreditas tradendi haberent, præter hæc, quæ in suis facultatibus habuerant, ante, præter officio isti præfererentur. Qua hora officium iniissent, ab ea non liceret legare, quæ lucrati essent, sed ea omnia facta hæreditario jure obtingerent. Cedren.

Nicolaus III. Pp. quoniam ubique terrarum magna in magistratibus corruptela erat, constituit, ne magistratus ipsi ullo in loco magis, quàm annui crearentur: eos si quisquam retinere ulterius ausus fuisset, anathematis pena notabatur, à qua nisi à Pontifice absolvi non posset. Platina.

Legati Venetorum ad Pp. sacerdotia suscipere legibus patriis prohibentur. Ideoque Hermolaus Barbarus, eorum etiam coactus ab Innoc. Pp. Patriarchatum Aquileiensem suscepisset, in sua legatione, magistratu remotus est à Senatu. Bemb. l. 1. Ven. bist. Correptionem justam exercendo in factiones, injustos, & improbos.

Prudentia in ulciscendo bus est loci, quatenus justitiam habet conjunctam. Ex Tit. Jud. cum prudentum eorum exempla referantur, qui prudentes condemnant improbos. In specie supra respectu Subiecti actum est de Furibus, de Latronibus, de Seditiosis circumventiendis.

Achilles, Agamnone Chr yseida reddere nolente, commo-
 A tus rei indignatione, simul pernicie defessis exercitus anxius,
 defensorum corpora miserandum in modum confecta, un-
 dique in conventu ante ora omnium proici fecit. Quo specta-
 culo adeo commoti Reges, gentisque omnes, uti adversus
 Agamnonem pergerent, duce, atque auctore Achille, ut
 vel nolens reddere cogere. *Didos lib. 2.*
 Alcibiades, & Nicias, quorum in civitate summe opes
 erant, discesserant in partes. Ubi populum jam in suffra-
 giaturum, & alterum eorum conlata, auctore Hyper-
 bolo Rhetore exterminaturum: collocuti inter se utramque
 conjunxerunt factionem, struxeruntque, ut Hyperbolus in
 exilium decennale egeretur. Inde populus ostracismum
 confurcatum, & ludibrio habitum agré ferens (nam poten-
 tibus tantum, & claris viris irrogabatur, cum Hyperbolus &
 improbus, & obscurus esset) semel abrogavit eum, & anti-
 quavit. *Plut. in Arifl.*

Agefilus, cum adversus Remp. Lacedæmoniorum conspi-
 rationem ortam noctu perciperet, leges Lycurgi continuo
 abrogavit, quæ de indemnatis supplicium sumi vetabant.
 B Comprehensis autem, & interfectis fontibus, castidem evelli-
 gio restituit: atque utrumque simul providis, ne salutaris
 animadversio vel injusta esset, vel jure impeditur. Itaque
 ut semper esse possent, aliquando non fuerunt. *Valer. lib. 7.*
c. 2. & Plutarch.

Apud Lacedæmonios est ejusmodi lex: Si quis adolescens
 peccasset, concedebant aut morum simplicitati, aut ætati ju-
 venili: amatorem vero ejus pœnas luere cogebant, volentes
 arbitros eos, & inspectores esse omnium, quæ isti facerent.
Ælian. l. 3. Var. hist. & Plut. in Lycurgo.

M. Manlius Capitolinus tyrannidem affectabat, obzarat
 adversus feneratoros defendendo. Dictator Q. Capitolinus
 ob hanc causam dictus, in vincula cum duci Manlium impe-
 rasset: plebs, quod fieri nisi in gravibus calamitatibus, & pu-
 blicis non solet, vestem mutavit. Ita Senatus timore dimitti
 justit Manlium. Ille ob id nihilo factus melior, insolentius fa-
 ctionibus civitatem implet. Camillo rursus creato tribuno mi-
 litum, cum esset Manlio dies dicta, accusatores impediēbat
 magnopere loci conspectus. Nam locus, unde nocte repererat
 Manlius Gallos, erat ex Capitolio in foro conspicuus, mo-
 vebatque præsentem, cum eo manus tenderet, & lacrymabun-
 dus illius decoris renovaret memoriam. Unde perplexi judi-
 ces diem sapius distulerunt, qui neque liberare eum poterant,
 neque lege agere valebant. Camillus extra portam in Peteli-
 num lucum, unde conspectus non esset in Capitolium, judi-
 cium traduxit. Ibi accusator crimen intendit, iudicæque faci-
 noribus ejus ob oculos positus, dignas præsentibus sceleribus
 pœnas ei irrogatur. *Plut. in Camillo.*

Augustus jam rerum positus, cum accepisset a Cassio Se-
 vero, veneficium reum factum esse Nonium Asprenatem, ami-
 cissimum suum: veritus, si pro Nonio in judicio comparatū
 set, ne ipsius præsentia justitia officeret: & si comparare ab-
 stinisset, ne præjudicium amico faceret, tanquam de eo malè
 sentiret: Senatum consuluit, Quidnam sequi eum oporteret?
 Multorum igitur suavis ad judicium profectus est: ubi neque
 pro Asprenate, neque in Cassium aliquid locutus, conspationem
 tenuit, ut neque amicitia deesset, neque justitiam viola-
 rasse putaretur. *Sab. l. 4. c. 4. ex Suet.*

Italice urbes, quæ cum Alex. III. Pp. contra Frideric. I. Imp.
 fenserant, pace demum facta, ius Consilium eligendorum
 obtinuerant. Ardebat in plerisque consularis inter suos pote-
 re tumulturn non vereretur. Ea verò vulgò à privatis, &
 maxime potentibus ita contemebatur, ut cades, latrocinia,
 ac gravissima quæque flagitia impune se patrare posse confide-
 rent. Cujus coercendi mali causa prætores peregrinum
 pleræque aspicere, etque summum in se imperium committe-
 re perrexerunt, eaque una via inventa est ad eos puniendos,
 qui adversus Remp. aut per libidinem, aut per scelus, aut per
 seditionem aliquid commisissent. *Sigon. l. 15. regni Ital. Sic*
*Mediolanenses, cum civilibus discordiis patriciorum, plebejo-
 rumque tumultuarentur, peregrini Prætoris eligendi morem
 introdúcere, qui nulla cognationis, aut factionis contagio
 labefactus, sincerusque diceret. Arrianus hist. Mediola-
 nensis sessione 1.*

Carolus Philippus Hispaniarum Regis F. Caroli V. Imp. ne-
 pos, puerili contentione amica reginæ colaphum impergerat,
 quod illius favore, & gratia lina contra quemdam, suo nientem
 patricium, data fuisset. Cum petulantia ista virginis coercenda
 videretur, ferocem puerum aliu circumveniunt. Dispensator

crebris suspitiis ingentem simulat dolorem, cümque vix mul-
 tis minis, precibusque adductus Carolo revelat, patrem inju-
 riam esse illata commotum, morti ipsum adjudicasse. Per-
 turbatus eo nuncio puer, interfectionem pro se fieri rogat.
 Simulatio officio, id à se impetratum dispensator referet, manus
 acturam pro vite usura. At quomodo Rex, respondit puer,
 si manus? Quid si manus iacturam virginis redinamus? Sub-
 intulit ille. Approbante Carolo, Principum, & Episcoporum
 longa caterva stipatus, ut fidem ejus rei pueri faceret,
 Regem se adire fingit, & multa demum contentione, poli-
 citatione, precibus, hanc se gratiam obtinuisse professus est.
 Ergo Cardinalis eujusdam virginis lubicus puer, metu mor-
 tis, eam animadversionem moderatè tulit, quam alioqui
 morte ipsa præventurus videbatur. *Hugonis Blotii I. C.*
actio 6.

Correctionem injustam, nimiam, damnosam, vitandam.
 Post matrem Leuclitricum notatis ex lege omnibus, qui ex
 acie fuerant, infamia, urbem cum cererent Ephori viris
 desolatam, notam in animo habebant antiquare, ac legislatio-
 nem creaverunt Agefilum. Qui progressus in concionem,
 leges sanxit ex postero die fixas esse. *Plut. in Appob.*

In Catilina conjuratione, quia L. Vedius eques ex propo-
 sita impunitate liberis omnia diceret, ne innocentes pro no-
 xis, nimioque plures in tabella deinceps nominaret: centum
 est, ut quos in posterum deserere vellet, hos palam in Senatu
 nuncuparet, eorumque nomina publice ab eo ederentur: ne
 dum alii iusto metu, alii concione, alii falsa suspitione ob-
 tacitum iudicium de vita sua laborant, ex desperatione tum-
 ultus occasio nova nasceretur. Is Vedius, cum etiam postea
 apud Nonium Nigrum Quæsores, & Julium Cæsarē
 Prætores nominasset per calumniam, inductus à Catulo, &
 Pisonē, qui graves cum Cæsare inimicitias exercebant: pi-
 gnoribus captus, & direpta suppellectile malè multatus est, at-
 que in carcerem conjectus: item & Nonius Quæstor, quod
 compellari apud se majorem potestatem passus esset. *Plut.*
Ærod. ex Diome l. 37.

PRUDENTIA EXTRA BELLUM, IN
 HABITIBUS MECHANICIS FOVENDIS,
 PROMOVENDIS, EXERCENDIS.

Mechanicos prudentes libro primo proposuimus, respectu ha-
 bitu Personæ, in quam prudentia cadit. At hic Habitum G
 mechanicum consideramus, quem prudentia dirigit. Ex loco
 proinde Mechanicorum habitum ea offerri exempla pote-
 runt, in quibus adivus intelligentia habitus habitui fam-
 ularatur salutaris.

Myson Chæneus, unus septem, uti quidam volunt, vir
 bonus, & bonus agricola, cum hyeme ventilarum pararet,
 tempore minime opportuno cerealium seminum eventio-
 ni: causam rogatus, quid propter inopiam ventis ventis dicit, respon-
 dit, & invidiam ad se habere: Paratos enim facere oportet,
 non facientes parare. *Plut. in Laert.*

PRUDENTIA EXTRA BELLUM, CIRCA
 PERTURBATIONES ANIMI VERSANS.

HUJUS SUNT LOCI.
 AMOREM PRUDENTER CONCILIARE.
 ANIMOSOS PRUDENTER REDDERE.

Lacedæmonii, posteaquam moderatè biberunt in convi-
 viis publicis, discedunt absque tæda: non enim fas est illis
 ad lumen incedere, nec hac via, nec illa, quo consueverant
 in tenebris, noctaque confiderent, & intrepidè ire. Id enim
 interdum in bellis usuvenit, ut necesse fit. *Plut. in Lacon. H*
in Lycurgo.

Cum Alcibiades adolescens admodum angeretur, & ve-
 hementer timeret in populi concionem prodire, Socrates
 confidentiorum eum reddere, & excitare volens: An non,
 inquit, futorem illum (ad dictum nomine) nihili pendis? An-
 nuente Alcibiade, rursus excipiens Socrates: Quid, inquit,
 an non etiam illum præconem, aut etiam coriarium illum?
 Fatente Alcibiade: Numne igitur concio, inquit, ex aliis
 quàm hujusmodi constat? Quod si ergo fingi contemnen-
 di tibi sunt, etiam quando una sunt congregati. *Ælian. de*
Var. hist. lib. 2.

HILARITATEM REFRENARE, COHIBERE.

Ægyptii in conviviis modulationem adhibent, quam Li-
 num vocant, ut & Græci Linum autem Maneron fuisse ajunt,
 filium unicum primi ipsorum Regis, qui cum immatura mor-
 te decessisset, his lamentis ab Ægyptiis decoratus fuit. Et hæc
 cantilena prima, folaque apud ipsos instituta fuit, ad laci-
 viantes temeto animos in officio retinendos. *Herod. lib. 2.*
 Apud

Apud eosdem in conviviis locupletioribus, ubi à cœna dif-
 A cessum est, circumferret aliquis in loculo mortuum è ligno fa-
 ctum, sed pictura, & opere verum cadaver maxime imitan-
 tem, longitudine cubitali omnino, aut bicubitali ostenden-
 tem, fingulis convivarum, ait: In hunc intuens, pota, & oble-
 scere, talis post mortem futurus. *Idem.*

POENITENTIAM PRUDENTER
 PRÆCIPERE.

Chilon Lacedæmonius dicebat, Non committendum, ut
 lingua præcurreret animum, admonens, prius cogitandum
 quid loquaris, quàm lingua prorumpat in verba. Nescit enim
 vox missa reverti. Cogitatio prior potest corrigi posteriore:
 vox non item. *Laertius.*

Introducere.
 Josephus apud Pharaonem in Ægypto primo loco habi-
 tus, fratres, à quibus venditus fuerat, cò venientes, ut frum-
 tamentum emerent, se non agnoscere fingit: obiectoque quodd
 exploratores essent, in carcerem detruit: deinde de carcere
 eductus jurat per salutem Pharaonis, non abiurus inde,
 nisi minimum fratrum Benjamin, quem domi cum patre re-
 lectum dixerat, adduceret: quasi hoc experimento depre-
 hensurus, utrum terram exploratum venissent, an parantia
 B daænonne gratia à patre missi: & tamen omnes mox abire
 permisit, præter unum, quem pro oblide tenuit secum. Post-
 tremo reversus una cum Benjamin, scypho argenteo in fac-
 o ejus clam indico, furti insinulavit. Quæritur, an illi
 tunc liceret his ex industria confictis circumventionibus uti?
 Et videtur licuisse, cum eò spectaret, ut poenitentiam elicer-
 ret, per quam ipsi salvarentur, qui in fratrem peccaverant.
 Unde toties vexati dicunt: Merito hæc patimur, quia
 peccavimus in fratrem nostrum, haud ita doluissent, si se
 ille repetè prodidisset. Quo postquam eos animo angii vidit,
 palam facit, injuriam omnem remittit, singulos excolu-
 at, & ut cum patre, totaque familia ad se in Ægyptum tran-
 migrare maturent, persuadet. Eos, cum advenissent, aluit,
 possessione terræ optima donavit, bonis multis affecit. Eva-
 cuata est igitur mendacia culpa finis merito, dum per illam Jo-
 seph eius plurimum profectus mitur, à quibus gravissimè offen-
 sus fuerat. *Marullus lib. 4. c. 4.*

SUSPICIONEM PRUDENTER
 DILUERE.

Hentricus IV. Imperat. equi aurato suggestit, ut uxorem
 C suam de stupro sollicitaret, divortii occasione querens. An-
 nuit ille, proposita non modò impunitatis, sed etiam præmio-
 rum spe: Regina olfaciens dolum, iussit nocte intempesta ad
 cubiculum venire equitem. Dicto tempore adesset simulato
 habitu Imperator. Quo clam intromissus, ostium repente obserat:
 ancillæque adulterum, ut putabant, pugnis, sedilibus, &
 quibuscumque dabatur instrumentis percutiunt. Tandem ex-
 clamat ille, se Cæsarem esse. Venim surdis canit fabulam:
 immò sceleratam, & impurum vocitat regina, verberibusque
 multatam extrudit foras, sic ut per sex hebdomadas lecto de-
 cumbree cogere, causa morbi dissimulata.

IRAM PRUDENTER
 PRÆCIPERE, ACUTERE.

Primo Achilles, qui non esset placabilis, nec mansuetus, ut
 silentium teneret, neque irritaret se, præcepit hisce verbis:
 Irritate senex noli me reddere corpus
 Hectorum statui tibi sic est ab Jove iustum
 Nete etiam castis expellam, veneris estis
 Supplex: sed mandata Jovis mihi sunt veneranda.
 Atque Hectorum lotum, obvelatumque rheda imponit, ante
 D quam lætæras contumeliose aspiceretur à parente:
 Ne natum hic eveneris animo non comprimat iram
 Tristi, atque Læcides graviter commotus eundem
 De medio tollat, Jovis is præcepta resolvat.
Plut. de Audiendis poetis.

Ulysses Odyss. cum videret Telemachum F. iracundum,
 & agrè ferentem ignominias, quibus proci sese afficiebant: ve-
 ritus, ne videret cupiditate tumultum aliquid excitaret, &
 incautus Ulyssē proci proderet, eum multo antè instruit, &
 incandiam illius refranct, inquit:
 ἢ δὲ μὲ ἀνυψοῦσαι δόξων εἶ, σὺν δὲ ψυχῶν
 περὶ αὐτὸν εἰς σὺνδρασι, καὶ αὐτὸν πείσομαι ἴστω.
 Cotsy Thracum rex, cum natura esset in iram præceps, &
 acerbis titubantem in immitibus vindex: hospes autem qui-
 dam ei aliquando vasa apportasset figulina fragilia, & subti-
 lia, quæ scitè, & absdare calata, & tornata erant: hospitem

quidem est muneribus profecutus, sed vasa confregit cuncta:
 Ne quid inquit, in eos, qui ea frangent, consulam acerbis. *E*
Plutarch. in apophtheg.

Satyri Samii aures Amici ejus cetera obstruxerunt in cau-
 sa agenda, ne omnia per iracundiam confunderet, au-
 ditus adversariorum conviciis. *Arifl. & Plut. de Non ira-
 scendo.*

Augustus Imp. Vedii Pollionis vasa omnia murthina, &
 cryllallina, ob nimiam ejus in servos crudelitatem, ne occa-
 sionem haberet iræ, confregit. *Suetonius.*
Mitigare, Sedare.

Non temerè intulit infortuniorum suorum Phœnix men-
 tionem, quod parentem suum interimere sit aggressus, cæte-
 rum statim penituit:
Percussor patris ne dixeret inter Achivos.
 Quo non catigare videretur Achillem, quasi bili ipse non
 opportunus, & planè insons. Penetrant enim ea modestè,
 ceduntque illi magis iis, quo paribus contactos morbis
 esse, neque ipsos apparere fastidire. *Plutarch. de Distr.*
adul.

Socrates, quoties commoveri advertebat se in amicum
 asperius, veluti rupem obiciens marino fluctu, remitte-
 bat vocem, ardebat vultu, & intuitu utebatur leni: itaque
 B vergendo alteram in partem, atque in contrarium animi mo-
 tum se torquendo, itantem & infractum se conservabat. *Plut.*
de Non irascendo.

Aristoteles Alexandrum excandescētem placare volens,
 hæc ad eum scripsit: Excandescētia, & ira non in patres, sed
 in meliores existeret: tibi vero nemo par est. *Ælian. de*
Var. hist. lib. 12.

Polemon, lacerante conviciis cum quodam, qui gemma-
 rum erat studiosus, & in sigilla preciosa permotus: respondit
 quidem nihil, sed in unum sigillum intentus erat, & oculos
 defigebat. Eo iste delectatus: Noli ita, inquit, Polemon, sed
 id ad solem spectat, ac longè tibi præstantius videbitur. *Plut.*
de Non irascendo.

Hippocratidas, ad epistolam satrapæ Cariz, qua scripserat,
 civem Lacedæmoniorum quibudam infidias ipsi situruntibus
 eas silentio texisse, adjecceratque, quemadmodum de eo sta-
 tueret: rescriptit, Si magno beneficio cum absticisti, trucida
 hominem: si minus, exige provincia ignavam ad virtutem.
Plut. in apopht.

Athenodorus philosophus in postremo congressu cum Au-
 gusto, loco xeni cum monuit, ut iratus nisi prius faceret,
 quàm viginti quatuor Græcorum literas recitasset. *Cal. Rho- G*
diginus l. 23. c. 11.

Valentinianus II. Imp. puer etiamnum, Veronæ ad Flavium
 præfectum Illyrici, atque Italiz de jussis exequendis in hunc
 modum scripsit: Si vindicari in aliquot versibus contra nostram
 consuetudinem pro causâ intuitu iusserimus, nolimus statim
 eos aut subire pœnam, aut exepere sententiam, sed per dies
 xxx. super statu eorum fors, aut fortuna suspensa fit. Reos
 sanè excipiat, vinciatque custodia, & excubiis solertibus vigi-
 lantes observet. Hoc, credo, ille matris Justine impulsu edi-
 xit, verentis, ne quid præcipitanter ætatis vitio in caput re-
 dorum decerneret. *Sigon. l. 8. Imp. occid.*

Frotho, Danorum rex, Ericum disertum iactu sicæ traice-
 re meditabatur. Conscia fraternæ mentis Guuara, sponsum
 periculi præmonitura: Neminem, inquit sapientem fore, qui
 sui provisor non sit. Quo dicto Ericus propulsa fraudis ad-
 monitus, suggestam sibi cautelam argutus excepit. Continuo
 namque exiliens, Triumphalem, ait, fore gloriam, sapientis
 dolum fuimet ultorem existere. Quem cum rex repentinò cul-
 tri iactu declinantem occupare non posset, adverso patricii er-
 rabundum incidit ferrum. Tunc sic Ericus: Porrigenda sunt
 H amicis munera, non iactanda: probabile fecisset donum, si
 comitem ferro vaginam dedisset. Quam rex continuo ingulgo
 detraçtam petenti tradidit. Ita alienæ simulationis industria
 delimitus, mistum malignè telum, benignè possidendum con-
 cessit. *Saxo lib. 5.*

Abolere.
 Vide tit. Prudentia in Reconciliandis inimicis.
 Euclides, cum frater ei ex jurgio diceret: Disperam, nisi te
 malè multem: Ego verò disperam, inquit, nisi te reconcilium.
 Ita pudore injecto eum prepressit, & immutavit consilium.
Plut. de Non irascendo.

Florentini, Pisani belli tempore à Græcis equitibus malè
 habitis, edictum propofuerunt, ne quis ex eis captivus duccre-
 tur, sed captus interficeretur. Veneti edici contra iussere, idem
 sui milites facerent, neque ulli omnino ex hostium numero
 parcerent,

parecerent, sed omnes perque interficerent. Florentini, edi- A Aro refectio, ad morem belli pristinum redierunt. *Bembus li- bro 4. Veneta hist.*

MISERICORDIAM PRUDENTER

Theodosius Imp. ad mensas habebat pueros musicos. Qui cum a Flaviano Episcopo Antiocheno instructi, carmina qua- dam luduosa, & ad commiserationem movendam idonea, quibus in supplicationibus Antiocheni utebantur, cecinissent: ita fuit eis Imperator commotus, ut cum phialam manibus teneret, lacrymis abstinere non potuerit. Eaque ratione urbi, cui gravissimè ob negatum tributum, & per seditionem de- jectam uxoris Placilla statuum succensebat, reconciliatus est. *Nicephorus lib. 12. c. 43.*

Venceslaus IV. Boemorum rex, in puniendis delictis sacro hoc carmine seipsum retinere solebat: Cum iratus fueris, mi- sericordiam recordaberis. *Dubravius l. 18.*

LUCTUM, MOEROREM PRU- DENTER

Declinare, Praecavere.

Perse editum infantem ante septennium in conspectum pa- rentibus conspicere non funt: qui mos apud Hæduos plurimaf- que Gallorum, & Germanorum gentes frequens fuisse tradi- tur: scilicet, ut si quid gravis accidisset, aut si qua calamitas, & adversi casus, puero eyenturi forent, illos parentes, qui ip- sorum conspectu tamdiu carverant, facilius ferrent. *Val. Max. l. 2. c. 1. Strabo l. 15. in fine. Herodotus.*

Joab, polemarchus Davidis regis, cum casu Absalon mi- rum in modum rex lugeret, ei interminatus est, nisi in publicum prodiret, se auctore omnes ante noctem ab eo defecturos. Ea voce territus David, in porta confedit, & gratulantes sibi de victoria Israelitas admisit. *2. Reg. 19.*

Lycii, cum luctus iis incidit, muliebrem vestem induunt, ut deformitate cultus commoniti, maturius stul- tum prolicere moerorem velint. *Val. Max. lib. 2. cap. 1. & Plut. in Orat. consol.*

Philosophorum Quidam ad reginam Arfinoen ingres- sus, quæ filium lugebat, huicemodis oratione usus dicitur. Quo tempore dilargiebatur dæmonibus Jupiter hono- res, absentem fuisse Luctum. Illis jam distributis, venisse cum sero. Jovem itaque, cum peteret, ut etiam sibi hono- rem haberet, fluctuantem animo, quod omnes jam effudisset in alios, hunc ei impertuisse, qui in defunctorum funere sit, lacrymas, & agri tudines animi. Sicut igitur cæteri dii, à quibus coluntur, hos diligunt: item Luctum, si eum contempseris, non adibit te. Si vero colatur à te, accuratè delati- sibi honoribus, moeroribus, & lamentationibus: diligit, semperque aliquid tibi suppeditabit ejuscemodi, quo abs te assidue colatur. *Plut. ibidem.*

Soloq cum ex amicis quandam graviter moerentem videret, in arcem perduxit, hortatusque est, ut per omnes subditorum ædificiorum partes oculos circumferret: & Cogita nunc tecum (inquit) quam multum luctus sub his tectis, & olim fuerint, hodieque versentur, insequentibusque sæcu- lis sint habitaturi: ac mitte mortalium incommoda tanquam propria desistere. Qua consolatione demonstravit, urbes esse humanarum cladum conspecta miseranda. *Val. Max. libr. 7. cap. 2. Ita quoque Ser. Sulpitius lib. 4. Epist. 5. consolatur Ciceronem de obitu Tulliolæ, exemplo interitus clarissimarum urbium.*

INVIDIAM PRUDENTER

Declinare, Avertere.

Python Ænias, qui interfecto Corye Athenas venit, cum ceterat præconis ejus ad populum concionatores: postquam sensit invidere sibi aliquos, atque offendi, in concione pro- gressus ita satis est: Deus aliquis, Athenenses, hæc paravit, nos manus commodavimus. *Plut. de Sui laude.*

Epaminondas, desiderante aliquando eum Meneclida, quod majores quam Agamemnon animos gereret: Nempe propter vos, inquit, Thebani quibuscumq; solis, Lacedæmoniorum imperio uno die dissolvi. *Idem.*

Eumenes Cardianus ab Antigono obsessus, liberatus est ab illis, qui in Macedonia Antigoni incrementum metuebant, & Olympiade orante accessus, ut parvum filium Alexandri sus- ciperet, educeretque insidiis peritum, Polyperchonte autem, & Philippo rege imperantibus, præfess exercitui, qui in Cap- padocia erat, ac bellum cum Antigono gereret: utque ex pecu- nia, quæ erat Quindis, quingenta talenta ad res suas reparan-

das: ad bellum verò, quanta pecunia uti liberet, eam acci- peret. De his Antigoni quoque, & Teutamo Argyraspidum præfectis scriperant. Qui accepis literis Eumencem verbis be- nignè exceperunt: sed invidia, atque æmulatione prodiderunt se rumpi, dedignantibus illi concedere. Invidiam Eumenes pec- unia, Quasi ea non indigeret, non accepta lenivit. At per- vicaciz eorum, & ambitioni, qui neque imperare scirent, ne- que vellent sequi, inculsit superstitionem, Alexandrum sibi ait per somnium oblatum fuisse, ac tabernaculum monstraf- se regulariter instructum, collocatumque in eo solum: inde fa- tum, si illuc convenirent, & res tractarent, præstò fore se. & secundaturum omnia consilia, ceptaque auspiciis susceperat suis. Facile hæc persuasit Antigoni, & Teutamo: qui nec ad- ire illum sustinebant, & ille dedignabatur assistere aliorum foribus videri. Ita posito regio tabernaculo, & folio, quod Alexandro nuncupaverunt, eò conveniebant de summis re- rum consulantes. *Plut. in ejus vita.*

Militibus Pyrrhum, Epirotarum regem, Aquilam appella- ntibus: Quidnisim, inquit, armis vestris, ut pennis su- blatus? *Plut. in Apoph.*

Scipio Africanus diu rusticatus est, quò & invidia pondus detraheret, & iis, qui premi videbantur ab sua gloria, respi- rare concederet. *Plut. in ejus vita.*

Detertit L. Sylla efferanda fortuna invidiam. Denique Fau- lum se appellavit, siquidem felicitate malunt homines quam virtute vinci: quod hoc proprium delictum, & sua culpa con- tractum, illud bonum existimant alienum. *Plut. de Sui laude.*

SUPERBIAM TOLLERE, HUMILITATEM PROMOVERE.

De hujus prudenti Moderatione sub Ambitionis habitu egimus.

PRUDENTIA EXTRA BELLUM IN AFFECTIONIBUS QUIBUSDAM ANIMI MOTUM CONSEQUENTIBUS occupata.

Politica hæstradimus exempla. Bellica alterius sunt loci, inter quæ de literis occultè mittendis, ne hostes resisciant, agitur.

EXPPLICARE, DETEGERE, INDICARE, NUNCIARE, ADMONERE, HORTARI ALITERUM PRUDENTER. Puta

Fatum.

Tereus, Martis, & nymphæ Bistonidis F. ducta Progne, Pan- dionis Athenarum regis filia, precibus ejus impulsus, ad focum contendit, rogavitque, ut secum Philomelam ad visendam forem mitteret. In itinere ad Parnassi urbem Davidem eam viriavit: ne illa facinus forori indicaret, linguam præcidit, mor- tuamque in itinere forori Progni nunciavit. Philomela rem clam per nuncios suos sanguine scriptam ad forem misit, vel potius, ut sensit *Nicostrates, & Ovid. l. 6. Metam.* acu pictam ad illam clam deferendam curavit. *Strabo l. 9. Pausan. in Pto- cic. Nat. Comes Myth. l. 7. c. 10.*

Cum Magi, qui regnum Perfarum per fraudem falsi Smerdis occupaverant, into consilio Prexaspem accessissent, ab eo- que fides, ac jurandum accepissent, ut palam coram populo ex editissima turri asseveraret, superstitem adhuc esse Cyri filium Smerdem, nec à se ipsum, ut præceperat Cambyfes, in- terfectum esse: & Prexaspes summa apud Perfas auctoritatis id se facturum dixisset: Magi convocatis Perlis hominem in Hæturum perductum jubent habere orationem. Perxaspes ea, quæ ab istis oratus fuerat, spontè obliviscitur: exorsulque ab Achæ- mene, seriem familie Cyri recenfit: & tandem ad Cyrum deven- tiones, promptè veritatem, & cautus ideo se hæctenus occultasse id, quod præter se, & Magos hæctenus nemo cognovisset, quòd sibi tutum non fuisse proferre rem gestam, sed in præsentia necesse coactum proferre: dixitque se à Cambysæ adactum, Smerdem Cyri occidisse, & Magos esse, qui regnent. Multis quoque verbis Perfas devovit, nisi rursus Imperium recupe- rant, ac Magos ulciscerentur. Hæc locutus sese in caput: e- turti præcipitem det. *Herodot. l. 3.*

Gormo III. Danorum rex, Haraldum, & Canutum filios ad subigendam Hyberniam miserat. Canutus in obfidione Duf- ling oppidi sagitta peremptus occubuit: Gormo fenex, & cæcus quod Canutum ardentissimè diligeret, à quo cumque mortis ejus nuncium accepisset, eum se interfecturum minabatur. Ergo cum

cium Thira uxor haud dubium de ejusdem exilio nuncium ac- cepisset, casum, quem ore prodere timuit, opere explicavit. Marium namque regio cultu exutum, atro circumdedit, alia- que doloris insignia, per quæ eum luctus aperiret, admovit. Tunc Gormo: En mihi, inquit, Canutu fatum indicas. Et Thi- ra: Idipsum (ait) tu potius suspicaris. Quo dicto Gormo re- pentè defecit. *Saxo l. 9.*

Consilium.

Cum Pausanias Lacedæmonius in Chalcedici templum con- fugisset, dubitantibus Lacedæmonis, Num fas esset suppli- cem ab aris abstractum deposci ad supplicium: Pausanias mater Theano taciturna templum ingressa, latere in limine templi deposita, abiit. Lacedæmonii quid factu opus esset admoni- ti, aditus templi omnes muro obstruxere, & illic fame prodito- rem patriæ necavere. *Diod. lib. 1.*

Thrafsybulus Milethorum tyrannus, Periandro Corinthio consilium suum ingeniosè communicavit. Thrafsybulum multo post imitatus est L. Tarquinius Priscus Rom. rex. Sed utramque inter Astutia exempla reponendum.

Themistocles postquam fugisset Athenis primùm, deinde ex Grecia quoque, contendit ad regem: ac dicere justus, ser- monem ait instare esse stragularum pictorum: nam ut hæc, ita illum expansum aperire imagines, contractum tegere, ac de- pravare. Postula vitu autem spacium, quæ precepta lingua Per- sia suo arbitrio, non per interpretem, consilia sua regi aperit. *Plut. in Apoph.*

Demades nolentibus Atheniensibus divinos honores Alex- andro decernere: Videte (inquit) ne dum cælum custodi- tis, terram amittatis. *Val. l. 7. c. 2.*

M. Attilius consul bello contra Antiochum Zacynthum Achæis ademit, quam Romanis armis jam antea qua- sitam, gens ipsa fraude interceptæ: testatus, nihil Achæis expedire procul à domo aliquid possidere, quippe qui restu- dini essent perquam smiles, quæ cum sua contigerit tes- ta, tuta ab omni externa visisset: eandem, qualibet sui parte exerta, injuria fieri obnoxiam. Sic gentem ipsam Pe- mponnesi finibus satis validam videri: contra procul eve- ctam, externis armis inflectiorem fieri. *Sab. lib. 7. Eum. 5.*

At *Plut. in vitis* hoc I. Flaminio tribuit, & idipsum *Apo- pbæg.* reperit.

Cæcero Childerico II. Francorum rege, & Theoderico ei succedente, Ebroium magister equitum à Childerico mona- sterio inclusus, illud egreditur, contraque Theodericum castrametatur, convalescentibus eum iis, quorum ex fen- tione res non erant. Cum verò per litteras clam veteres amicos consuleret, Quidnam consilii capiendum videretur; illi perplexè, ac histantium duobus verbis respondunt: Memi- nus Fregundis. Intellexit vir militaris, veteranusque dux, ex brevitate dicti, se hosti contempit esse: audendum, ac in celeritate positam victoriam. Cum delectissimis igitur equi- bus, & velocissimis peditum sub noctem iter ingressus, Ista- ram h. castris eisdemibus vado transmisit, hostesque inopantes oppressit. *Æmilius l. 1.*

Contra Carolum Magnum conjurarant proceres, & Pipi- num ejus F. natu maximum in scelestis societatem pertraxe- rant. Detectis insidiis, conjurati in vinola comæ, Pipi- nus in cenobium S. Galli deportatus. Post aliquod dies Car- olo in conjuratos animadvertitur, mittit ad Pipinum, qui confessionem criminis ab eo exprimat, & sociorum im- probitatem accuratè cognoscant. Illi in hortu inutiles her- bas radicibus evellentem reperit, & legatione obita nihil aliud ab eo responsi tulit, quam ut abirent, & patri exercitationem suam reuenerent. Intellexit facile prudens pater condemnationis sententiam tacitè à filio latam, & de conjuratis sumpto supplicio, silium in Prumiense monaste- rium Treverensium, mitigandi exilii causa, relegavit. *Aventin. lib. 4. A. D.*

Mattæus Magnus, Viccomes, Mediolanensè principatu non paucos annos cum summa felicitate functus, postmodum à Martino Turriano pulsus, Veronam confugit, penesque Scalanos principes non paucos menses securus egit. Postea verò Benacum petens, cum interrogatus esset. Quidnam ageret in loco Turrianis tam propinquo, neque satis tuto; res- pondit, Pificationis hie vao, dum, quem volo, & piscem ma- gnum prehendam. Neque multo post, Henrici Imp. opera restitutus fuit. *Egn. l. 7. c. 2.*

Cosmus Medicus Florentinus à Strozianis pulsus, à Pallantis Serozz nuncio interrogatus, Quid ad lacum Benacum de- sideret tandiù; respondit, Galline incubanti frequens ad- sum, donec pulli excludantur. Mentis emotz signum esse

nuncius arbitratus, risit. At Cosmus Venetorum gratis conciliata, eorumdem ope reditum tandem consecutus E est. *Idem.*

Sententiam, Voluntatem.

Cambyfes Perfarum Rex, cum incestis nuptiis forem sibi jungere decrevisset, convocavit septem Perfarum Princi- pes, & an lex aliqua esset, quæ cum forte matrimonium facere permitteret; interrogavit. Illi re deliberata, pruden- ter responderunt: Nulla quidem lex est, quæ matrimonium cum forte contra here permittat: sed est tamen consuetudo quædam apud Perfas, quæ Regi pro arbitrio omnia facere con- cedit. Videbant sapientissimi viri, non hoc Regem agere, ut quid juris esset, cognosceret: sed potius ut eos, qui incestis nuptiis advertere essent, exploraret, & e medio tolleret. Quare prudenti responso, & veritati patrocinati, & vitæ suæ consuluerunt. *Herod.*

Darius Perfarum Rex, cum leges, & consuetudines pleraf- que non natura, sed opinione tantum constare, vellet ostende- re, accessit eos (qui in sua ditione erant) Græcos, eosque per- contratus est. Quanta pecunia vellent defunctis parentibus ves- ci. Illi negantibus, ullo se præmio hoc esse facturos; Darius de- hinc Græcis præsentibus, & quæ dicebantur per interpretem F discipulis, interrogavit eos Indos, qui Callatiz nominan- tur, qui vescuntur parentibus. Quantam accipere pecuniam vellent, ut patres defunctos igne comburent; Inde vehem- enter reclamantes, meliora illum ominari jubebant. Hoc faciebat Darius, ut mores suos cuique probari, peregrinos odio esse, ostenderet. *Herod. l. 3.*

Cordilla Leyri Britannorum antiqui Regis filia, natu mihi- ma, cui præcox natura ingenium dederat, interrogata à paren- te, An parentem multum diligere respondit, Se patrem ferre in oculis, semperque lacrum licet deinde contigeret, ut quem- piam alium (de marito intelligebat) ardentius amaret. Quo responso, tametsi sapientiæ pleno, Leyrus indignatus, indota- tam regulo Gallo puellæ forma capto collocavit. Sed haud multo post à generis, & filibus suis natu majoribus ingratis- simis, ejus mortem expectare longum consentibus regno spolia- tus, ad Cordillam confugere coactus est, à qua in regnum re- stitutus interfectis generis, triennium regnavit. *Polyd. l. 1.* Li- gnum compadile, Testera, more Danico inter amicos sigilli- vim obtinet. Eo instructus nuncius, ore data mandata ore- nus tradit, *Saxo l. 14.*

Præstantiam suam, aliorumve.

Agefilas rex, cum fremere socios ob continua bella ac- cepisset, qui paucorum Lacedæmoniorum, frequentes ipsi, ductum sequerentur: quod detegeret eorum numerum, & socios iussit omnes inter se promissè considerare, Lacedæ- monios seorsim solos. Inde pronunciavit, ut sigilli primi exurgerent. Ubi hi confutere, mox excitavit fabros ara- rios, hinc materiaris, & edificatores, reliquosque per sin- gula artificia. Ita cuncti propè focii surrexere, ex Lacedæ- moniis nemo: Quippe hic artem exercere, & discere vilem, vetitum erat. Itaque aridus Agefilas, Videtis, inquit, focii, quanto nos duam vos plures milites præbeamus? *Plut. in apoph.*

Themistocles ad nonnullos duces, qui post Athenis inclu- derant, eique contendebant præferri: Cum die festo, inquit, ambigens posterus, esse illum allegavit laboribus, & negotiis plenum, in se paratis homines feriantes frui. Cui respondit dies festus: Rectè ais, sed nisi ego sim, ubi tu esses; Ego etiam, inquit, nisi bello Medico fuisset, quis jam vestri usus foret. *H Plut. de Rom. fortuna.*

Dinocrates, architectus maxime nobilis, cum aditum ad Alexandrum impetrare per purpuratos, ac familiares ejus mi- nimè posset, judicareque ab illis se irritum iri, consilium, & auxilium à seipso mira astutia petiit. Cum esset igitur proceræ admodum statura, nec quadratis tantum membris, verum forma, ac dignitate corporis totius insignis, atque aspectu ipso præcipue Græcus nactus opportunitatem, quo die Alexander prædibat juri dicundo, nudatis membris, oleoque perundo corpore, ac populea fronde coronato capite, levo humero leon- nis pelle amictu, dextra clavam gestans, ad tribunal prodit. Qua novitate commotus Alexander, iussit aditum illi ad se da- ri: percontantique, Quidnam esset, aut quid eo habitu velle- let respondit, Quasi se eo se habitu ad illum aditum sine aucto- ritate enim illa ad regem pervenire non potuisse. Et sic ab eodem Alexandro exceptus, illiusque peregrinationum comes factus est. *Pontan. l. 5. c. 1. de Prudentia.*